

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

99 Emphiteusis quare concedatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cedebatur, ut per emphiteutam bona emphiteutica meliorarentur, ac pro recognitio-  
ne directi domini, quid minimum  
persolveretur, quæ melioratio loco pretii  
habebatur, Bald. in l. 1. nuv. 8. & ibi Ias.  
num: 5, C: de jur: emphit. Abb. in cap. po-  
tuit, num: 7, de loc: & conduit: Specul: de  
loc: emphit: §: nunc aliqua, num: 2, in fin.  
& idem Bald, in auth: quas actiones, n: 3, C:  
de sacr. sanct: Eccl.

98 Cùm igitur † melioramenta veniant ex  
natura contractus emphiteutici, non pos-  
sunt diverso jure censeri, dicto cap: quia circa  
dè privileg: cum pro ecclesia emphiteuta  
possideat, ex quo causam habet, ab ea, vol-  
lum. 2 ff: profuso: & Specul eod. §: nunc ali-  
quia, num. 59, in fin.

99 Quinimo in fortioribus terminis † privi-  
legium concessum ecclesiis post conce-  
ssionem privilegii ad constructas etiam ex-  
tendit, ut eod. cap. quia circa: de  
privil. Ias. in l. qui filiabus, num. 12. & 13 ff.  
de leg. 1. & post Petr. Cyn. Rayn. Fulger.  
Boer & Aret. script Alexand. in conf. 178.  
nu. 13. lib: 2. quem citat, & seq̄sunt idem  
Ias. in l. fin: n. 12. C: de ver: signif.

100 Laici enim † prædia sterilia ad cultu-  
rants reducentes, in illisque domos, & quandoque  
palatia, aut alias fabricas aedifican-  
tes, majori laude, & præmio sunt digni;  
quām, qui eadem ob desidiam pro dereli-  
cto habent, quia expedit reipublicæ, ut in-  
cultu colantur, & fabriticis exornentur.  
Hac ratione Sixtus Papa V, ut Vrbis in-  
colæ ad domos in via Felici nuncupata, 101  
ab ecclesia Sanctæ Matræ Majotis, usq; ad ecclesiam sanctissimæ Trinit. in Mon-  
te Pincio per ipsum strata, & directa, nec-  
non in via Pia per eundem etiam æquata  
ab eius palatio in Monte Quirinali, usque

ad ecclesiam sanctæ Sosannæ, & in vicis  
propè dictas vias dirigendis aedificandas  
alicerentur, sua perpetua valitura consti-  
tutione, tam domos in eadem via con-  
structas & quæ indies construerentur,  
quām earum dominos, & incolas variis  
privilegiis immunitatibus, & prærogati-  
vis munivit, & decoravit, ut in litteris Apo-  
stolicis motu proprio sub datum Roma, anno  
15870 Idibus Septembrū expeditis, de quibus  
in Bull. Rom. eiusdem Sixti Quinti, cap. 65,  
pag. 225. unde hac eadem ratione emphiteu-  
tæ in prædiis ecclesiasticis fabricantes,  
de bono opere novis oneribus non sunt  
gravandi. Non enim debent bona ecclie-  
siastica deterioris esse conditionis bonis  
laicorum: quod sequeretur si emphiteutæ,  
ultra canonem annum, quem domino  
dicto ecclesiis persoluunt ratione emphiteu-  
tatum, seu emponentium fabrica-  
tum & aliorū melioramentorum, collectas  
laicis perfolvere tenentur. Nam ex com-  
muni consuetudinetotius Italæ, & ut puto,  
universalis Europæ compertum habemus,  
nulla pro melioramentis, quæ sunt in  
prædiis tam urbanis, quām rusticis laica-  
libus onera augeri. Ergo eodem modo, nec  
bonis, in quibus directum ecclesia, possi-  
det dominum, illa debent imponi. Qui  
autem hæc onera bonis emphiteuticis ecclie-  
siasticis insponunt, & exigunt, ea id  
fraudem, & in apertum libertatis, & im-  
munitatis ecclesiastice detrimentum ex-  
torquent.

101 Quò enim † emphiteutæ magis grā-  
vantur, minus prædia, seu domos, melio-  
rare possunt, inò quandoque hac causa à  
melioratione terra hantur. At ecclesiæ in-  
terest plurimum, ut pluribus melioramen-  
tis eius bona augeantur, cum pluribus ca-  
libus